



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Basilevs Ep. Mart. 26. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

206 VITÆ SANCTORVM. 26. April.
niaque certant, ut de Homeri cunis Græciæ ur-
bes, lite tantò sanctiore, quanto dignior est, qui
Christi, quām qui Achillis prælia scripsit. Ex Brev.
Rom, & S. Hieron.

Sic est vita nostra, quasi homo in domo alienâ
nesciens quâ horâ vel die dominus domîs dicit:
vade foras, quia non est domus tua, in qua es. O se-
culum vanum! quid nobis tanta promittis, dum
decipis? Auctor serm. ad Fr. in Eremo.

S. BASILEVS EP. MART. 26. Aprilis,

Scelus heu!! ingens, juventus. Tuis manibus
tuam occidis, heu! toties castitatem, cùm
olim viri sancti occidere pro alienâ non dubita-
rint. Prodeat BASILEVS, & dum pro alienâ pudici-
tiâ pugnat, pugnare pro nostrâ nos doceat. Erat
Licinio Imperatori in Parthenone virgo, virginis
nomen Glaphyra, addictissima Christo & casti-
tati. Huic insidias tyrannus Cupido per alterum ty-
rannum Licinium moliebatur. Glaphyra ab amo-
re docta fugere, ipsa quoque alas assumit, & ad
Episcopum BASILEVM abit. Sed nihil later ex-
cum licet Amorem. Proditur virgo apud Impera-
torem, & unâ virginis custos Pontifex, & jubet
utrumque vinculum adduci Licinius. Commo-
dum Glaphyra morte beatâ vincula effugit, sed
subit BASILEVS vas pfectissi pudoris. mox juberut
aut fidem aut caput ponere. Nec multum ille apud
animum suum deliberat, abjicit caput, ut fidem
setver. Vtrumque & caput & truncum corpus
seorsim in mare proturbant carnisces. Sed qui aut
corpus aut caput Martyris periret, sineque unus
ex hoc capillus est periturus? Angelus Elpidio-
phoro viro Christiano in cœlis animum BASILEI,

in undis corpus monstrat. Ergo illi cum piscatori-
bus ita convenit, ut quidquid demum prehensum
id loci verriculo esset, suum esset. MOX BASILEVS
extrahitur, non jam minutus capite, sed planè in-
teger. Una tantum & illa rubea linea ornabat, non
inficiebat cervicem, ut Glaphyra è Seruatoris sui
collo præmium, monile hoc videatur suspendisse.
Ex Surio.

Habet aries Christiana potentes munitiones &
arma vittoria; Deo scilicet instridente milites suos,
ut spiritu veritatis mansuetudo iram, largitas ava-
ritiam, benignitas extinguat invidiam. S. Leo
serm. 7. de Iejun. 10. Mens.

S. SITA VIRGO. 27. Aprilis.

PRope Lucam in Hetruriâ nata SITA servitu-
tem Fatinellorum familiæ, imò verius egenis
servivit. Nam his ferè suum victimum cessit, & quod
unum in servâ supererat opis, pro mendicis quo-
tidie apud dominos mendicavit, præclaram mer-
cagoram dicitans. (& mercatores erant) ingens
cælum tantillo emere. Et verò liberali dextræ,
cum nihil aliunde suppeteret, Numen suggeſſit.
Ita ſitienti rogatori cum aquam ſe porrexiffe cre-
deret, vinum propinavit. Alteri cum fabas venden-
das gratis dedifſet, nihil tamen dominus ſuperve-
niens abeffe compérit, mensuram cælo, ut promi-
ferat, remetiente. Vestem quoque pellibus ſubdu-
ctam, & commodatam ab hero, nudo ipsa com-
modavit. Nec ſefellit. Retulit hic cum irasperetur
kerus SITA, & ex oculis diſparens docuit, nulli
ſecurius rem credi, quam cælo. Alijs deprehensa
panis reliquias miseriſ ferre, quod oculos domino-
rum falleret; tantisper in flores vertit, gratiſſimos
deinde eſurientibus odore. Suum verò, hoc eſt,

vir-